



nem meam : * quia humiliatus sum nimis.

Libera me a persequenti-
bus me : * quia confortati
sunt super me.

Educ de custodia ani-
mam meam ad confitendum
nomini tuo : * me exspe-
ctant justi, donec retribuas
mihi.



Ant. CONSIDERABAM ad dexteram, et videbam : et non



erat qui cognosceret me.



Non dicatur Capitulum, neque Hymnus, neque V., sed dicta post ultimum Psalmum Antiphona Considerabam., Prior surgat, et ad Altare accedens stet in cornu Epistolae et, Cantore ei deferente, incipiat ad Magnificat Antiphonam.

Ad Magnif.


Ant.

j. toni.

CENANTIBUS autem illis, accepit Jesus



panem, et benedixit, ac fregit, deditque disci-



pulis suis. Cant. Magnificat. e u o u a e.

Finita a Choro post Canticum Antiphona, Sacerdos conversus ad Conventum seu populum dicat : Dominus vobiscum. Deinde reversus ad librum more solito dicat :

Orémus.

Postcommunio.

REFACTI vitalibus alimentis, quæsumus Domine Deus noster : ut quod tempore nostræ mortalitatis exsequimur & immortalitatis tuæ múnere consequámur : Per.